 sioe nō possum⁹ facere. Est alia iterior ora  
 tio sine infmissione: oratio qđ est desiderū.  
 Quicqd aliud agas: si desideras illud sab  
 batū nō itermittē orare. Si nō vis intermit  
 tere orare: noli inremittere desiderare. Cōti  
 nuū desiderū tuū: p̄tinua vox tua ē. Tace  
 bis si amare destiteris: qz tacuerūt d̄ qbus  
 dictū ē: Qm̄ abūdauit iniq̄tas: refrigescet  
 caritas multorū. Frigus caritatis silentiū  
 cordis ē: flagrātia caritatis clamor cordis:  
 Si sp̄ manet caritas semp clamas: si sp̄ cla  
 mas sp̄ desideras: si semp desideras requiē  
 recordaris. Et rugit⁹ cordis tui an quē sit  
 optet vt itelligas. Jā q̄le desiderū debeat  
 eē an oculos dei p̄sidera. Nunqd vt mori  
 atur inimic⁹ n̄r qđ q̄si iuste optant hoies:  
 Nā aliqn̄ oram⁹ qđ nō debem⁹. Illud qđ  
 q̄si iuste orant hoies videam⁹. Nōne orāt  
 vt moriat aliq; ⁊ ad illos hereditas veni  
 at: S; illi qđ orant vt moriant inimici: audi  
 ant dñm dicētē: Orate p̄ inimicis vestr.  
 Nō s; h̄ orēt vt moriāt iimici: sed h̄ orēt vt  
 corrigant: ⁊ mortui erūt inimici. Jā. n. cor  
 recti nō erūt inimici. Et an te oīne deside  
 riu meū. Quid si desiderū an illū ē: ⁊ ipse  
 gemit⁹ nō est an illuz: Qñ fieri pōt qñ ipm  
 desiderū voce suā habet gemitū: Ideo se  
 quit. Et gemitus me⁹ nō est absco  
 ditus a te. Ante te nō est absconditus: a  
 multis aut hoibus abscondit⁹ est. Elidetur  
 aliqn̄ hūilis seru⁹ dei dicere: ⁊ gemit⁹ me⁹  
 nō est abscondit⁹ a te. Elidet aliqn̄ ⁊ ride  
 re seruus dei: nunqd desiderū illud mor  
 tuū ē in corde: Si aut inest desiderū: inest  
 ⁊ gemit⁹. Nō sp̄ venit ad aures hoim: s; nū  
 qđ recedit ab aurib⁹ dei. Cor meū cō  
 turbatū est: Qñ cōturbatū est: Et de  
 seruit me⁹ fortitudo mea: P̄lerūq; ir  
 ruit nescio qđ repētū: fit p̄turbatio cor  
 dis: p̄tremiscit terra: tonitru⁹ dat de celo:  
 horribilis fit impet⁹ vel strepitus: leo forte  
 videt i via: fit turbatio: latrones insidiāt:  
 fit turbatio cordis: pauet vndiq; sollicitu  
 do incutit. Qñ hoc: Quia deseruit me for  
 titudo mea. Si em̄ maneret illa fortitudo  
 qđ timeret: Quicqd nūciaret: quicqd frē  
 deret: quicqd sonaret: quicqd caderet: qđ  
 qđ horreret nō terreret. S; vñ illa p̄turba  
 tio: Deseruit me fortitudo mea. Qñ dese  
 ruit fortitudo: Et lumen oculorū me  
 orū nō est meū. Latuerat s; Adam lu  
 mē oculorū ipius. Nā lumē oculorū ipius

Alia lra  
i dñe.

Alia lra  
t de reliq̄  
t virtus

Alia lra.  
t et ipsū

spe de<sup>o</sup> erat: que cū offendisset: fugit ad ym-  
brā: et abscondit se inter ligna paradisi: pa-  
uebat a facie dei: et quasi umbras arborū.  
Iam inter arbores lumē oculorū nō habebat  
ad quod gaudere consueuerat. Si ergo ille in ori-  
gine: et nos de ppagine: et redeunt ad illū se-  
cū dū vel nouissimū Adam mēbra ista: quē  
nouissimū Adam in spū uiuificante: et cla-  
māt de corpe ei<sup>o</sup> in ista pfessione: et lumē ocu-  
lorū meorū nō est meū: iā pfitens: iā redē-  
ptus: iā in corpe christi est: et lumē oculorū  
ipius nō ē cū ipso. Plane nō ē cū ipso: s̄ est  
quidē tāq̄ adhuc cernētū in spe: s̄ nondū  
illud ē lumē: de quō dicit: ostēdā meipm illi.  
Est quiddā luminis: quē filij dei sum<sup>o</sup>: et utiq̄  
s̄ i fide retinem<sup>o</sup>: s̄ nō dū ē illud lumē quod vi-  
debim<sup>o</sup>. Nō dū enī apparuit quod erim<sup>o</sup>: Sci-  
mus quē cū apparuerit siles ei erim<sup>o</sup>: quā vi-  
debimus enī sicuti ē. Nā mō lumē fidei et lu-  
mē spei ē. Nō dū enī sum<sup>o</sup> i corpe pegrina-  
mur a dño. Per fidē enī abulam<sup>o</sup> n̄ p spe-  
ciē. Et quā dū quod nō videm<sup>o</sup> speram<sup>o</sup>: p pa-  
tentiā expectam<sup>o</sup>. Voces sūt q̄ iste pegrin-  
nantū: nō dū in patria pfitorū. Et recte  
dic<sup>o</sup> et ve dic<sup>o</sup>: et si nō sit dolos<sup>o</sup> veracit<sup>o</sup> pfite-  
tur et lumē oculorū meorū nō est meū. Nec  
patit hō intus sibi: s̄m seipm: et ad seipm: d̄  
nemine ad neminē pter se. Nec sibi ipse pe-  
na sua eē meruit: quod supius enumerauit:  
S̄ nūquid hoc solū ē quod patit hō: Patit. n.  
ex se intrinsec<sup>o</sup>: forinsec<sup>o</sup> aut ex eis inter quos  
viuit. Patit mala sua: cogit pati et aliena.  
In de sunt ille due voces: Ab occultis me-  
is mūda me dñe: et ab aliis parce seruo  
tuo. Iam de occultis suis pfessus ē: a quib<sup>o</sup>  
se cupit mūdari: dicat et de aliis a quib<sup>o</sup> si  
bi vult parci. Amici mei. Quid dicā  
iā de inimic<sup>o</sup>: Amici mei: et primi mei:  
aduersum me appropinquauerūt  
et steterūt. Hoc quod ait: aduersū me stete-  
rūt: itellige. Si enī aduersū me steterūt: ad-  
uersus se ceciderūt. Amici mei et primi mei  
aduersū me appropinquauerūt et steterūt. Iam  
itelligam<sup>o</sup> capitis voces: iā incipiat illulce-  
scē caput nrm i passioe. S̄ rurū cū cepit  
caput dicē: noli inde separe corpe<sup>o</sup>. Si ca-  
put noluit se separe a vocib<sup>o</sup> corpis: corpe<sup>o</sup>  
se audeat separe a passionib<sup>o</sup> capitis: Pa-  
tere in christo: quē tāq̄ peccauit i infirmita-  
te tua christ<sup>o</sup>. Ad dō enī peccata tua tāq̄ ex  
ore suo dicebat: et ea dicebat sua. Dicebat  
enī: a facie pctōrū meorū: quā nō erant ipius.  
Quō q̄ peccata nra sua esse voluit ppter  
corpus suū: sic et nos passioes ei<sup>o</sup> nras esse

velim<sup>o</sup> ppter caput nostrū. Nō enī ille ex  
amic<sup>o</sup> passus ē inimicos et nos nō: Immo  
et nos ad hoc parem<sup>o</sup> in eodē cōuuiari: ta-  
lē calicē nō respuam<sup>o</sup>: vt celsitudinis ei<sup>o</sup> de-  
sideriū p hūilitatē eius iueniam<sup>o</sup>. Respō-  
dit enī celsitudini ei<sup>o</sup> herere volentib<sup>o</sup>: qui  
ei<sup>o</sup> adhuc hūilitatez nō cogitabāt: et ait illi:  
Potestis bibere calicē quē ego bibiturus  
sū: Ergo et ille passiones dñi: passioes nre  
sūt: et vnusq̄sq̄ si bñ seruiat deo: bene ser-  
uat fidē: exhibeat quod debet: et verset inter  
hoies iuste. Volo videre si nō patit: etiam  
quod hic enumerat in passione sua christus.  
Amici mei et primi mei aduersū me appro-  
pinquauerūt et steterūt. Et primi a  
lōge steterūt: Qui primi appropinqua-  
uerūt: et qui primi a lōge steterūt: Proxi-  
mi erāt iudei: quē cognati erāt: Appropin-  
quauerūt quā crucifixerūt. Proximi erāt et apo-  
stoli: et tñ ipi a longe steterūt: ne cū illo pa-  
terēt. Pōt etiā hoc sic itelligi: Amici mei:  
id est quē se sinxerūt amicos meos. Amicos  
enī se sinxerūt quā dixerūt: Scim<sup>o</sup> quē in ve-  
ritate dei viā doces: quā illū tēptare volue-  
rūt: vtz soluēdū eēt tributū cesari: quā illos  
conuicit ore iporū. Amici videri volebāt:  
sed nō illi erat opus: vt quisquā ei testimo-  
niū phiberet de hoie. Ipe enī sciebat quid  
eēt i hoie: adeo cū amica vba dixissent: quod  
me inqt tēptat: hypocrite: Ergo amici mei  
et primi mei aduersus me appropinquaerūt  
et steterūt: et primi a longe steterūt. Hostis  
quod dixi: Proximos dixi quā appropinquaue-  
rūt: et tñ a longe steterūt. Appropinquaue-  
rūt enī corpe: sed lōge steterūt corde. Quid  
tā ppinquū corpe: quā qui in crucē leuaue-  
rūt: Quid tam lōge corde: quā qui blasphe-  
mauerūt. Audite istā longinquitatē ab Esa-  
ia ppheta: Videte istā ppinquitatē et lōgin-  
quitatē. Plus hic labijs me honorat: ce-  
ce ppinquat corpe: cor aut eorū lōge est a  
me. Idē ppinquū idē lōginquū: Propinqui la-  
bijs: lōginqui corde. Uerū q̄ longe ste-  
terūt timētes apli: absolutius et plani<sup>o</sup> de il-  
lis accipimus: vt alios ppinquasse: alios  
lōge stetisse itelligam<sup>o</sup>: quāquidē et Pet<sup>o</sup>  
qui audacius secut<sup>o</sup> erat: ita adhuc longe  
erat: vt interrogat<sup>o</sup> et p̄turbat<sup>o</sup> ter negaret  
dñm: cū quo se moriturum esse pmiserat.  
Qui postea ex longinquo vt ppinquus fi-  
eret: audiuit p<sup>o</sup> resurrectionē: Amas me:  
et dicebat: Amo: Et dicēdo ppinquabat quē ne-  
gando longe fact<sup>o</sup> erat: donec trina voce  
amor<sup>o</sup>: solueret trinā vocē negatiōis. Et p

Alia s̄.  
t q̄ iuxta me  
erant de

rimi mei a lōge steterunt. Et vim facie-  
 bāt q̄ q̄rebāt aīaz meā. Jā manifestū  
 est qui querebāt animā ipsius: qui non ha-  
 bebant animaz eius: quia nō crāt in corpe  
 ei⁹. Qui q̄rebant aīam eius longe erāt ab  
 aīa eius: sed q̄rebāt vt occiderēt eā. Que-  
 rit em̄ aīa eius: et bñ. Itaz alio loco arguit  
 q̄sdā dicēs: Et nō ē q̄ req̄rat aīaz meā. Ar-  
 guit q̄sdā nō q̄rētes aīam eius. et rursus ar-  
 guit illos q̄rētes aīaz ei⁹. Quis ē q̄ q̄rit bñ  
 aīam ipsius: Qui ei⁹ passiōes imitat. Qui  
 sūt q̄ q̄rebāt male aīam ei⁹: Qui ei vim fa-  
 ciebāt et crucifigebāt eū. Sequit. **Qui**  
**querebāt mala mea locuti sūt va-**  
**nitatē: Quid ē q̄ q̄rebāt mala mea: Ad-**  
**ta q̄rebant et nō inueniebāt. Forte hoc dire-**  
**rit: q̄rebāt crimina mea. Querierunt em̄ q̄**  
**in illū dicerēt: et nō inueniebāt. Querebāt**  
**em̄ mala de bono: q̄rebāt scelera de inno-**  
**cēte. Nō inuenirēt in eo q̄ nullū peccatuz**  
**habebat: S; q; peccata q̄rebāt in eo q̄ pec-**  
**cata nō habebat: restabat vt fingerēt qd̄ nō**  
**iuenebāt. Jō q̄ q̄rebāt mala mea: locuti sūt**  
**vanitatē: nō veritatē. Et dolū tota die**  
**meditabantur. Hoc ē: fallaciā sine ces-**  
**satione meditabant. Hostis quanta falsa**  
**testimonia dicta sūt in dñm anq̄s paterēt.**  
**Hostis quāta falsa testimonia dicta sūt eti-**  
**am cū resurrexisset. Nam illi milites custo-**  
**des sepulchri: de q̄bus Esaias dixit: Pō-**  
**nā malos p̄ sepultura ei⁹. Alii em̄ erant:**  
**et veritatē dicere noluerūt: et corrupti men-**  
**daciū seminauerūt: attēdite qualē vanita-**  
**tē locuti sūt. Inrogati sūt etiā ipi et dire-**  
**rūt: Cū dormirem⁹ venerūt discipuli ei⁹ et**  
**abstulerūt eū. Hoc ē loq̄ vanitatē. Si em̄**  
**dormiebāt: vñ sciebāt qd̄ gestū erat: Ergo**  
**ait. Ego aut̄ velut surdus nō au-**  
**diebā: Qui ad ea que audiebat nō rīde-**  
**bat: tanq̄ nō audiebat. Ego aut̄ velut sur-**  
**dus nō audiebā. Et sicut mut⁹ nō ape-**  
**ries os suū. Et repetit eadē. Et fa-**  
**ct⁹ sum sic hō nō audies: et nō hñs**  
**in ore suo argutioes. Quasi nō eēt qd̄**  
**ill̄ dicerēt: q̄si nō eēt vñ illos argueret. Nōne iā**  
**an̄ mlta icrepauerat: mlta dixerat: et dixerat:**  
**Elevob̄ scribe: et pharisei: hypocrite: et mlta**  
**talia: Tñ qñ pass⁹ ē nihil horū dixit: n̄ q; nō**  
**habebat qd̄ diceret: s; expectabat vt cōple-**  
**rēt illi oīa: et implerent oēs p̄phetie de illo:**  
**qd̄ dictū erat: Et sicut ouis corā tōdēte se:**  
**nō apuit os suū. Operiebat q̄ vt taceret i**  
**passiōe: nō tacitur⁹ in iudicio. Iudicāus**  
**em̄ venerat: q̄ postea iudicatur⁹ veniret: et**

io cū magna p̄tate iudicatur⁹: q; cū mag-  
 vna hūilitate iudicatur⁹. **Qm̄ in te dñe**  
**sp̄aui: tu exaudies dñe de⁹ meus.**  
**Lāq; si ei diceret: q̄re nō apuisti os tuū: q̄re**  
**nō dixisti p̄cite: q̄re nō i cruce pedēs iniq̄s ar-**  
**guisti: sequit et dic: Qm̄ in te dñe sp̄aui tu**  
**exaudies dñe de⁹ me⁹. Adonuit te qd̄ faci-**  
**as: si forte occurrerit tibi tribulatio. Querit**  
**em̄ te defendē: et forte nemo accipit defēsi-**  
**nē tuā. Jā tu pturbat: et q̄si pdideris cām**  
**tuā: q; null⁹ habes defensionē aut testimo-**  
**niū. Custodi int⁹ inocentiā tuā: vbi nemo**  
**opp̄mit cām tuā. Breualuit i te falsū testi-**  
**moniū: s; apud hoies. Nūqd̄ apud deū va-**  
**lebit: vbi cā tua dicēda ē: Nō deus iudex**  
**erit: al⁹ testis q̄ p̄sciētia tua nō erit. Inter**  
**iudicē iustū et p̄sciētia tuā: noli timere nisi**  
**cām tuā. Si cām malā nō habueris: nullū**  
**accusatorē p̄timefces: nullū falsū testē rekel-**  
**les: nullū verū req̄res: tu tñ bonā p̄sciētia**  
**affer: vt possis dicē: Qm̄ i te dñe sp̄aui: tu**  
**exaudies dñe de⁹ me⁹. Quia dixi ne**  
**qñ exultēt in me inimici mei: et dū**  
**cōmouēt pedes mei in me magna**  
**locuti sūt. Itēz redit ad infirmitatē cor-**  
**por̄ sui: et rursus caput illd̄ attēdit pedes**  
**suos: nō sic ē in celo: vt deserat qd̄ h; i ter-**  
**ra. Attēdit plane et videt nos. Aliqñ. n. vt**  
**est ista vita cōmouēt pedes nr̄i: et labū: in**  
**aliq̄ pctō: vbi exurgūt lingue neq̄ssime ini-**  
**micoz. Hinc q̄ itelligim⁹ etiā cū tacebant**  
**qd̄ q̄rebāt. Quia erāt tūc aspi imites: gau-**  
**dētes se inuenisse qd̄ dolē debuerāt. Et di-**  
**xi neqñ exultēt i me inimici mei. Dixi h; : et**  
**tñ forte ad emēdationē fecisti eos magna**  
**loq̄ d̄ me: dñi cōmouerēt pedes mei: id ē ela-**  
**ti sūt. multa mala dixerunt cū cōmoueret.**  
**Adisereri em̄ debuerūt i firmis nō isultare:**  
**quō Apl̄us dicit: S; res si p̄occupat⁹ fuerit**  
**hō in aliq̄ delicto: vos q̄ sp̄uātes estis i stru-**  
**ite hñdōi in sp̄u māsfuetudinif. Et cōplectit̄**  
**q̄re: intendens inq̄t te ipm̄: ne et tu tēpterl.**  
**Nō erāt isti tales d̄ quib⁹ dic: Et dū cōmo-**  
**uerent pedes mei in me magna locuti sūt:**  
**s; erāt tales de q̄bus alibi dicit: Qui me p̄-**  
**mūt et exultabūt si motus fuero. Qm̄**  
**ego i flagella parat⁹ sum: Qm̄o ma-**  
**gnifice tanq̄ dicēt: ad h̄ nat⁹ sū vt flagella**  
**sufferā. Nō em̄ nasceret nisi d̄ Adā: cui fla-**  
**gella debent. S; aliqñ pctōres in hac vita**  
**aut nō: aut min⁹ flagellāt: q; iā desperata ē**  
**intētio eoz. At vō illi q̄b⁹ parat⁹ vita sem-**  
**p̄itna: necesse ē vt h̄ flagellent: q; vā ē illa**  
**snia: s; fili ne deficias i disciplina dñi: neq; fa-**

Alia lra  
 Et q̄ q̄rebāt  
 t̄ mibi  
 t̄ vanitates

Alia lra.  
 t̄ dolos

Alia lra.  
 t̄ tanq̄

Alia lra.  
 t̄ redarguet

Alia lra.  
 t̄ supgaudeant



tigeri cū ab illo increpari. Quē enim diligit dñs corripit: flagellat autē oēm filiū quē recipit. Jō g̃ nō insultēt inimici mei: nō magna loquant: z si flagellat me p̃ me. In flagella patus sū: qz mibi hereditas p̃parat. Nō vis flagellū: nō tibi dat hēditas. Quis em̃ fili: necesse ē vt flagelletur. Usq̃ adeo oīs flagellat: vt nec illi p̃p̃erit q̃ pctm̃ nō habuit. Qm̃ ego in flagella paratus sum. **Et dolor me⁹ t̃ añ me ē semp.** Quis dolor: Forte de flagello. Et ṽe fratres mei vere dicā vob. Flagella sua dolent hoies: quare flagellant nō dolēt. Nō erat iste sic. Audite fratres mei: nescio qui si dānū patit̃ p̃liuor est: vt dicat indigne passus sū: q̃ vt cōsideret quare passus sit: dolēs dānū pecunie nō dolens iusticie. Si peccasti thesaurū tuū iteriorē dole: Nihil habes in domo: sed forte inanior corde. Si autē plēnū est cor bono suo deo tuo: q̃re nō p̃dicis: dñs dedit: dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est: sit nomē dñi bñdictum. Uñ g̃ iste dolebat: **De flagello quo flagellabatur Absit. Et dolor me⁹ inqt̃ añ me ē sp.** Et q̃si dicerem: q̃s dolor ṽi dolor: **Qm̃ iniquitate meā pnūciabo: z curā gerā p̃ pctō meo.** Ecce ṽi dolor. Nō de flagello dolor: de vulnere nō de medicina. Nā flagellū medicamētū ē p̃tra pctā. Audite fratres: christiani sum⁹: z tñ plerūq̃ si fili⁹ cuiusquā moriat: plāgit illū: si peccet nō illū plangit. Tūc plāgeret: tūc doleret: cū peccantē videret: tūc moduz iponeret: tūc normā viuēdi docēt: disciplinā daret. Aut si fecit z ille nō audiuit: tūc erat plāgēdus: tūc peius mortu⁹ luxuriose viuēs: q̃ moriēdo luxuriā finiēns. Tūc g̃ q̃n ista faciebat in domo tua: n̄ solū mortu⁹ erat: s̄ et putebat. Hec dolēda sūt: illa sustinēda: illa ferēda: ista plāgēda. Plāgēda autē: quō audistis plangē istū: qm̃ iniquitate meā ego pnūcio: z curā gerā p̃ pctō meo. Ne securus sis cū p̃fessus fueris pctm̃: tanq̃ sp̃ p̃parat⁹ ad p̃fitendū z cōmittendū peccatū. Sic pnūcia iniquitatē tuā: vt z curā geras p̃ pctō tuo. Quid ē curā gerere p̃ peccato tuo: Curā gerere p̃ vulnere tuo. Si dices curā gerā p̃ vulnere meo: qd̃ intelligeret nisi dabo opā vt sanet: Hoc ē. n. curā gerere p̃ delicto: sp̃ niti: sp̃ intendere: sp̃ studiose z sedule agē: vt sanet peccatū. Ecce de die in diē plangis pctm̃ tuū: s̄ forte la chryme currūt z man⁹ cessant. Fiat elemosyne: redimāf pctā: gaudeat indigēs d̄ da

Alia lra.  
† in cōspectu  
meo semper.

Alia lra  
† annūciabo  
z cogitabo.

to tuo: vt z tu gaudeas de dato dei. Eget ille: eges z tu: eget ille ad te: eges z tu ad deum. Tu cōtēnis egentē tui: de⁹ nō cōtemnit egentē sui. Ergo impleto tu egētis inopiam: vt impleat de⁹ interiora tua. Hoc ē curā gerā p̃ peccato meo: faciā oīa quecūq̃ faciēda sūt ad abluendū z sanandū peccatū meū. Et curā gerā p̃ pctō meo. **Inimici aut mei viuēt: Bñ est eis: gaudēt in seculi felicitate: vbi ego z laboro z rugio a gemitu cordis mei. Quō viuēt inimici illius: qz iam dixit de illis: qm̃ locuti sunt vanitatē: Audio in alio psalmo: quorū filij si cut nouelle cōstabilite. Sed supius dixerat: quorū os locutū ē vanitatē: filie eoz: cōposite sic similitudo tēpli: cellaria eoz plena eructātia ex b̄ in hoc: boues eoz crassioves eoz secūde multiplicātes i eritib⁹ suis: nō ē ruina sepis: neq̃ clamor i plateis eoz. Gluāt g̃ inimici mei: b̄ vita ē hāc laudāt: hāc amat: hāc malo suo hñt. Quid. n. seq̃t: **Beatus dixit p̃lm̃ cui b̄ s̄. Quid aut tu q̃ curā geris p̃ peccato tuo: Quid tu q̃ pnūcias iniquitatē tuā: Beat⁹ inqt̃ p̃ls cuius est dñs de⁹ ipius. Inimici aut mei viuēt. Et cōfirmati sūt sup me: z multiplicati sunt q̃ me oderūt inique. Quid ē q̃ oderūt inique. Bona sibi volētē odeūt: q̃ si redderēt mala p̃ mal: bōi nō eēt: q̃ si nō redderēt bōa p̃ bonis inq̃ti essent: reddūt aut mala p̃ bonis qz oderunt iniq̃. Tales fuerūt iudei: venit ad illos christus cū bonis: reddidit illi mala p̃ bonis. Lauete b̄ malū fratres: cito s̄ intrat: qz diximus tales erant iudei: ne putet vnusq̃sq̃ veltz lōge se exceptū. Corripiat te aliquis frater tu⁹ bonū tibi volēs: odeūt illū z talis es. Et videte q̃ cito fiat q̃ facile: euitate tā magnū malū: tā agile pctm̃. **Detrahe bāt mibi q̃ retribuūt mala p̃ bōis: qm̃ p̃secut⁹ sum iusticiā. Jō mala p̃ bōis. Quid ē p̃secut⁹ sū iusticiā: Nō dimisi. Ne forte p̃secutionē sp̃ in malo itelligas p̃secut⁹ dixit p̃fecte secut⁹ sū iusticiā. Qm̃ p̃secut⁹ sū iusticiā. Et audi caput nostrum euidēs in passiōe. Et p̃sicerūt me dilectuz tāq̃ mortuū abominatū. Partū erat mortuuz: q̃re abominatū: Quia crucifixū. Et em̃ h̄ mors crud magna ap̃ eos abominatio erat: nō intelligētes in p̃phetia dictū esse: **Maledict⁹ oīs q̃ p̃det in ligno. Nō. n. ip̄e attulit mortē: s̄ hic iuenit de maledicto p̃mi hois p̃pagatā: z eādē mortē n̄fam suscipiēs in lingno suspēdit: q̃ venerat de pec********

Alia lra  
† Quare. m. p.  
bo. detrah.  
† sequebar  
bonitatem.

cato. Ergo ne putaret aliq: sic putat qdas  
 betici dñz nrm Jesu christu falsā carnē ha  
 buisse: z n̄ verā mortē i cruce soluisse: intē  
 dit h̄ ppha: z ait: Maledict' ois q pendet  
 in ligno. Quidit ḡ qz z filius dei vera mor  
 te mortu' ē: q mortali carne debebat: ne si  
 maledictū putaret: n̄ v̄ mortuū. Quia v̄o  
 illa mors nō erat falsa: s̄ ex illa ppagine de  
 scēderat: q venerat de maledicto: cū dicēt  
 de': morte moriemī: oīno z ad ipm puenit  
 v̄a mors: vt ad nos pueniret v̄a vita: etiā  
 ad ipm puenit mort' maledictio: vt ad nos  
 pueniret vite bñdictio. Et peccrūt me di  
 lectū: tanq̄ mortuū abomiātū. Ne de  
 relinqs me dñe de' me': ne disces  
 seris a me. Bicam' in illo: dicam' p illū:  
 ipe. n. it'pellat p nob: z dicam': ne dereliq̄s  
 me dñe de' me': z tñ dixerat: de' me' de' me'  
 vt qd me dereliq̄s: z dic' de' me' ne discesse  
 ris a me. Si a corpe n̄ recedit: recessit a ca  
 pite: Lū' ḡ vox erat nisi pmi hoīs: Ex illo  
 ḡ se oñdēs verā carnē portare: dic' de' de'  
 me' vt qd me dereliq̄s: n̄ illū dimisit de'.  
 Si te nō dimittit credētē in se: chustum di  
 mitteret p̄r z fili' z spūssanct' vn' de'. Sz  
 psonā in se trāfigurauerat pmi hoīs. Sci  
 mus dicēte Ap̄lo: quia vetus hō n̄ p̄fixus  
 est cruce cū illo. Nō aut carerem' vetusta  
 te: nisi crucifigeret in ifirmitate. Ad h̄ em̄  
 venit vt renouemur i illo: qz desiderādo eti  
 z passionē ei' imitando renouamur. Ergo  
 vox erat ifirmitat': vox erat n̄ra q dictū ē:  
 quare me dereliq̄s. Inde ibi dictū ē: v̄ba  
 delictoz meoz: tāq̄ diceret: hec v̄ba ex p  
 sona peccatorū in me trāfigurata sunt. Ne  
 discesser' a me. Intēde in adiutori  
 um meū: dñe de' salutis mee. Ipsa  
 ē salus fr̄es: de q salute exq̄sierūt p̄be: sic  
 dic' ap̄ls Pet̄r': z nō acceperūt q exq̄sierūt:  
 s̄ inq̄sierūt z pnūciauerūt: z venim' nos z  
 luenim' qd illi exq̄sierūt. Et ecce nos nōdū  
 accepim': z nascent' post nos: z iuemēt qd  
 nec ipi accipiēt z trāsiēt: z oēs simul in fine  
 diei cū p̄riarchis p̄phetis z apl̄is denariū  
 salutis accipiem'. Et em̄ nostis mercēnari  
 os vel oparios diuersis t̄pibus ductos ad  
 vineā: mercedē tñ p̄ter acceperūt. Et p̄be  
 ḡ z apl̄i: z martyres: z nos q post nos erūt  
 vsq̄ in finē sc̄i i ip̄o fine accepturi sum' sa  
 lutē sempit̄nā: vt p̄tēplātes gloriā dei: z ei'  
 faciē itūetel: eū laudem' in eñnū: sine defec  
 tu: sine aliq̄ p̄ca iūq̄tat': sine aliq̄ p̄uersitate  
 pcti: laudātes deū z nō iā suspirātes: s̄ i be  
 rētes illi cui vsq̄ i finē suspirauim': z i spe

letati sum'. In illa. n. ciuitate erimus: vbi  
 bonū nostrū de' est: lumē de' est: panis de'  
 ē: vita de' ē: q̄cqd ē bonū n̄rm: a q̄ pegrinā  
 tes laboram': i illo iueniem'. In illo erit q̄  
 es: quā mō recordātes necē ē vt doleam'.  
 Illud. n. sabbatū recordamur: in c' recoz  
 datioe tāta dicta sūt: z nos tāta dicē de  
 m': z dicētes nūq̄ tacē: si ore s̄ corde: qz sic  
 ore tacem' vt corde clamare possimus.

Explicit Tract. de ps. xxxvii.

Incipit Tract. de ps. xxxviii.

Carthagine ad mensam Sancti Lypri  
 ani zc. Sermo habitus.

**P**salmi h' que mō cātauim' z trac  
 tādū suscepim'. Titul' ē: In fi  
 ne p̄ Idithū cāticū ipi Da  
 uid. Cuiusdā ḡ q̄ vocat Idithū voces ex  
 pectāde z audiēde s̄: z si eē vnusq̄sq̄ n̄rm  
 potuerit Idithū: in eo quod cantat: inue  
 nit se z audit se. Cliderūt enim qui tunc fu  
 erint quis vocatus fuerit Idithū scdum  
 hoīm p̄iscam natiuitatē. Nos aut audia  
 mus qd iterptet h̄ nomē: z i ipa interpretati  
 one noīs q̄ram' itelligentiā vitat'. Sic ḡ inq̄  
 rentes repire potuim' in eis noibus q̄ nob  
 astudiosis l̄raz diuinazū ex hebreo eloq̄o  
 in latinū interpretata sūt: Idithū iterptatur  
 trāsilies eos. Quis ē ḡ iste trāsilies: vel q̄s  
 trāsiluit: qz trāsilies n̄ nude positū ē: s̄ trāsi  
 lies eos. Trāsiliedo. n. cātata cātādo trāsi  
 lit. Sive trāsiliedo cātet siue cātādo trāsi  
 at: trāsiliet' tñ cāticū pauloan' cātāuim':  
 vtrū z nos trāsilietes: viderit de' cui cātā  
 uim'. Sz si q̄s trāsilies cātāuit: gaudeat se  
 eē qd cātāuit. Si q̄s aut terre adhuc inbe  
 rēs cātāuit: optet eē qd cātāuit. Quosdā  
 em̄ iherētes hūo: curuatos i frā: ea q̄ ima  
 sūt cogitātes: i reb' trāseūtib' sp̄z ponētes:  
 trāsiluit iste q̄ vocat trāsilies eos. Quos  
 em̄ trāsiluit nisi remanētes: Nostis q̄sdā  
 psalmos iscribi cāticū graduū: z ibi qdē i  
 greca lingua sat' euidēs ē: q̄ dicat anabath  
 mon. Anabathmō. n. ḡd' s̄: s̄ ascēdētuz  
 n̄ descēdētū. Latin' em̄ n̄ potuit p̄pe dicē  
 gnāliter dixit: z qm̄ ḡdus appellauit: ambi  
 guū reliq̄ vtrū ascēdētū cēt: an descēden  
 tū. Sz qz si sūt loq̄le neq̄ sermōes: q̄z nō  
 audiant voces eoz: exponit sequentē lin  
 gua p̄cedēs: z sit certū in alia: qd ambigu  
 um erat in alia. Quō ḡ ibi ascēdēs quidā  
 cātāt: sic z h̄ trāsilies. Est aut h̄ ascētio:  
 z ista trāsilio: nō pedib': nō scalis: nō p̄  
 nis: z tñ si interiorē hominē attēdas: z pe  
 dibus: z scalis: z p̄nis. Nā si nō pedib':